



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 37. S. Patiens Episcopus Lugdunensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

themius Imperator eum Romæ præfecit, Sæculum V.
A.C. 476.
& Patricium creavit. Duxit Papianil-
lam, Imperatoris Aviti filiam, ex quo Ma-
trimonio filium, cui nomen Apollinaris,
& duas filias Rosciam, & Severianam
suscepit. Defuncto Eparchio, Episcopo VI. epist. 1.
& ibi Sirm.
Greg. Tur.
II. hist. c. 22.
Claromontano in Arvernia, Sidonius, ad-
huc Laicus circa annum 472. ad Sedem
Vacantem invitatus eligitur. In eo cha-
ritas erga pauperes maxime enituit; jam-
que ante susceptum Episcopatum saepe
clam Coniuge sua surrepta vasa argen-
tea inter pauperes distribuebat. Mul-
tis quoque laudibus extollitur Charitas
affinis ejus Ecdicii, Imperatoris Aviti, fi-
lii. Burgundionum Regnum tunc dira c. 24.
fames vexabat; postquam Gothi Provin-
ciam vastassent, & segetes incendissent,
dispersis in diversa populis, nemo erat,
qui eleemosynam indigentibus præberet.
Tunc Ecdicius in illius viciniae urbes fa-
mulos suos cum equis & vehiculis mit-
tit, qui pauperes ad se adducerent. Ita
ultra quater mille utriusque Sexus homi-
nes, in Domos suas susceptos, toto steri-
litate tempore enutrivit. Ubi abundan-
tia rediit, suppeditatis vehiculis, quos-
que ad sua revehi iussit.

§. XXXVII.

S. Patiens, Episcopus Lugdunensis.

Sancti Patientis, Episcopi Lugdunensis, Sidon. VI.
eodem ep. 12.

Sæculum V. eodem famis tempore eximia in egenos

A. C. 476. Charitas fuit. Non ei satis erat populum suum, & notos adjuvare, sed in extremis etiam Galliarum partibus habitantes tantæ liberalitatis participes effecti. Rhodano, & Arari ingentem annonæ vim de-vehi iussit, & deinde in utriusque fluminis ripas comportatam gratis distribui. Hac Charitate incolæ Civitatum, Arelaten-sis, Rejenfis, Avenionensis, Arausicæ, Albigæ, Valentia, & ipsi Arverni refocilla-

Sidon. II. ti. Ecclesias etiam aliquas ædificari iussit, atque unam earum Lugduni, cui decorandæ Sidonius versus concinnavit; ex his cognoscimus, illam Ecclesiam in Spatio, inter Ararim, & viam publicam medio, fuisse positam, ad Orientem æquinoctialem spectantem, laqueariis deauratis incrustato marmore, & vermiculato, ornatam. Ante Ecclesiam area patebat, quam porticus tres, columnis ex Aquitania, id est, marmore ex Pyreneis secto innixæ, cingebant. Paulo longius aliæ Porticus, & aliæ Columnæ visebantur. Episcopis pro more ad hujus Ecclesiæ dedicationem congregatis Faustus Rejenfis ad populum dixit.

Sidon. VI. ep. 12. Et ibi Sirm. S. Patientem Virtutes omnes, quæ bonum Pastorem decent, Severitas Suavitati mixta, & assidua vigilantia, ornabant. Convertendis Barbaris Photinianis, id est, Burgundionibus, Arii veneno

infe-

infectis, improbo & piissimo labore infu- Sæculum V.
 dabat; horum etiam non exiguum nu- A. C. 476.
 merum ad sinum Ecclesiæ reduxit. Ab-
 stinentiam viri, & continua jejunia Rex,
 & Regina admirabantur, tunc enim Lug-
 dunum Burgundionum Rex, cui nomen
 Gondebaldus, insidebat. S. Patientis
 Memoriam Ecclesia undecima Sept. ho- Martyr.
 norat. 11. Sept.

§. XXXVIII.

S. Mamertus Viennensis. Rogationes.

Ille tempestate plures Sancti viri in Gal- Sup. §. 23.
 lia florebat, & plerosque, Episcopali Sigib. Chr.
 dignitate insignes, Sidonii Epistolæ nobis
 notos fecerunt. His accensetur S. Ma-
 mertus Viennensis, non obstante accusa-
 tione, quam contra ipsum Hilarus Papa
 receperat. Illustrissimum reddit fama
 institutarum Rogationum, quod an. 468.
 ab ipso factum putant. Causa novum
 supplicandi Deo genus inducendi publi-
 cæ illorum temporum calamitates fuere.

Terrorem incutiebant miseris populis S. Avit. ho-
 terræ motus, exorta incendia, clamores, mil. de Ro-
 & tumultus nocturni, ferocium bellua- gat. Greg.
 rum species, quæ plena luce in frequen- Tur. II. hist.
 tissimis hominum cœtibus spectandas se- c. 34. Sidon.
 dabant. Populo in Vigilia Paschatis in VII. ep. 1.
 Ecclesia Viennensi cum Episcopo suo Ma-
 merto ad Sanctam Noctem illam cele-
 brandam congregato, Domus publica, in
 editissi-